



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Non omnes diuini verbi auditores vtilitatem ex eo capere. 65.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

peritur quicquid in eo magni ac
præclari est, ad Deum referam,
reliquum homini relinquam.

Esse potest) Bernadus sermone *Ser. 206*
quodam Deum ita alloquitur: *in Cant.* Qui
curat esse nisi propter te pro ni-
hilo est, & nihil est. Deniq; quid *Psalm.*
est homo, nisi quia tu innotuisti *143.*
ei? Propter temetipsum Deus fe-
cisti omnia: & qui esse vult sibi &
non tibi, nihil esse incipit inter
omnia. Deum time & mandata *Eccl. 12.*
eius observa: hoc est, inquit, om-
nis homo. Ergo si hoc est omnis
homo, absque hoc nihil omnis
homo.

Non omnes diuini verbi audi-
tores vtilitatem ex eo capere.

65.

*Ingens magnetis sit vis licet, haud tamen ille
Omnia, sed ferri pondera sola trahit.
Vi quadam occulta ferrum graue tollit in altum
Cum tamen haud vlla sustineatur ope.*

S A C R A

*Aetherei sic non quisquis demittit in aurem
Verba Dei, fructum protinus inde capit:
Sed probus, ac pietate gravis, qui, robore nixus
Inferius nullo, tendit ad astra levis.*

S C H O L I A.

Lib. I. de *Ingens magnetis*) Magnetis enim
curat. vim esse constat, inquit Theophrastus,
Grec. retus, ut omnem aliam materiam
Affect. quietam, immotamque dimittat
ferrum autem duntaxat ad se trahat,
nonnunquam verò alteri sublatum
quasi ostendet: tamen nullis id ipsum
rebus ab infero loco suffulciatur, nec
superne quo nexu visibili colligetur,
eius lapidis incubante virtute nobis
occulta, suspensum sit. Tamen verò
quippiam & in diuinis Scripturis,
& in verbis quae de Deo fiunt, solet
contingere, ut factum cognoscat qui
diligenter adhaeret. Plurimi enim, imò
ut ita dicam, cuncti ferè mortales aures
illis accommodant: soli vero

capiuntur, qui alumni sunt fidei,
 cùm tamen ab inferiori loco nul-
 lius terrenę fœlicitatis solatio te-
 nentur, neque quicquam appa-
 reat vnde à superiori loco vincti
 dependeant, sed ad occultas dun-
 taxat rerum spes mētem animū-
 que accommodent. Hęc doctif-
 simi viri verba sunt: qui quidem
 in hac similitudine ad eam para-
 bolam respexisse videtur, in qua
 Christus verbū suum semini cō- *Mat. 13.*
 fert, quod non nisi in terra bona
 fructū edit. Quò etiam spectat id
 quod 2. Tuscul. Cicero ait, nō esse
 mirandū si in animo forti contra
 mortem habita oratio facilè inse-
 derit: quę tamen apud ignavos &
 abiectos animos minimè valuis-
 set. Cur autē ij qui verbū Dei au-
 diūt, maxima ex parte sine fructu
 domū redeāt, eò potissimùm fit,
 quòd nō eo, quo decet animo ad

S A C R A

sacras conciones se conferunt
 hoc est vt ex his medicinam
 quærant, sed vel defunctorie
 nulla cum attentione iis interfuit
 vel hoc tantum sibi proponunt
 vt eruditi cuiusdam & disertissimi
 concionatoris oratione animum
 sciant & oblectent. Ob idque præ
 conum verbi Dei eadem mentis
 querela esse posset, quæ Aristoteles
 philosophi, qui in suo Epictetum
 ad eos qui hoc obiicere solebat
 ex philosophorum scholis
 prælectionibus parum omnino
 utilitatis capi, Et quisnam
 quit, scholam ingreditur? Quis
 eo animo, vt medicinam hanc
 trahat? &c.

Spirituali dolori mo-
 dum adhiben-
 dum esse.